

Johann Joachim Weidner

Programma Qvo Rector Hodie Universitatis Rostochiensis, Johannes Joachim Weidenerus, Phil. & SS. Theol. Doctor ... Paschaliū Solemnia, Salutifere Civibus Academicis applicanda ... commendat

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1719]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1776464877>

Druck Freier  Zugang





Programmata omnia festiua ab a^o 1711 - 1720.

A ^o 1711	1	Progr. Passionale	Rectoris Magnif. Matthiae Stein	ad Phil. II. 6. 7. 9.
	2	Paschale		ad Phil. II. 9. 10. 11.
	3	Pentecostale	Jo. Ern. Schaperi	1 So. II. 20. 27. de uisione
	4	Michaëlis	2	de angelis et medicis.
	5	Natalitium	Joach. Henr. Schrand	De uisione patrum, adoptione.
A ^o 1712	6	Passionale		Da C. h. j. expressore in crimi- nalibus salua iustitia admissio.
	7	Paschale		De solutione debiti per christum.
	8	Pentecostale	Jo. Fechtii	De Pentecoste Paup. Pentec. legati opposita.
	9	Michaëlis		De Angelis bonis et malis.
	10	Natalitium	Jo. Nic. Quistorp	1 Cor. II. 12.
A ^o 1713	11	Passionale		Gal. VI. 14.
	12	Paschale		1 Cor. XV. 20.
	13	Pentecostale	Jo. de Klein	Rom. VIII. v. 14. 15. 16.
	14	Michaëlis		Matth. XXIV. 8.
	15	Natalitium	Joach. Henr. Schrand	De pace q. Christum conciliata.
A ^o 1714	16	Passionale		De captiuis at redentis ab hostibus.
	17	Paschale		De captiuis et postliminis reuocatis.
	18	Pentecostale	Caroli Andrie	De sp. S. preciosissimo decore, Apoc. XII. 10. 11. 12.
	19	Michaëlis		
	20	Natalitium	Wilib. Dau. Habermann	ad natalen Seruati nostri.
A ^o 1715	21	Passionale		De passione C. seu uitae et horae speculo.
	22	Paschale	Jac. Burgmann	ad Rom. VI. 4.
	23	Pentecostale	Joach. Alb. De Krackwitz	De sp. S. in templis Christ. presentia.
	24	Michaëlis		q. Superstitiosum Angelor. cultum.
	25	Natalitium	Petri Becker	De stella natalicia et Mercurio Soli proximo.
A ^o 1716	26	Passionale		De amore puro C. p. uentis et picturis inuitaments.
	27	Paschale		De mortuor. resurr. et miraculo ignae leges.
	28	Pentecostale	Joach. Alb. De Krackwitz	ad Matth. XXIV. 2. 3.
	29	Michaëlis		Jan. XXXII. 2. 3.
	30	Natalitium	Matthiae Stein	De Iesu natalitica uer. admirabili.

	<u>Trinitate</u>	Rectoris Magnifici <u>Matthiae Stein</u> de I. monente nostri sua admirabili
	<u>Paschale</u>	de I. resurgente xpm sua admirabili
33	<u>Pentecostale</u>	<u>Jo. Consti Schaper</u> de sp. s. iuliaci N. T. mystici collation et obsequio
34	<u>Michaelis</u>	Luc. XV. 10.
35	<u>Natalitium</u>	<u>Jac. Burgmanni</u> de admirandi I. C. natiuitate
An. 1718	<u>36. Passionale</u>	1 Cor. 11. 8.
	<u>37. Paschale</u>	Col. 1. 8. Apoc. 1. 5.
	<u>38. Pentecostale</u>	<u>Ab. Ioach. De Koenen</u> Luc. XII. 10.
	<u>39. Michaelis</u>	De notitia de Angelis studiose seruanda.
	<u>40. Natalitium</u>	<u>Jo. Ioach. Widenori</u> ad Solemnia Natalitiorum.
An. 1719	<u>41. Passionale</u>	ad quadragesimalium Septuagesima.
	<u>42. Paschale</u>	ad Paschaliuum Solemnia.
	<u>43. Pentecostale</u>	<u>Jacobi Carmon</u> Luc. XI. 13.
	<u>44. Michaelis</u>	De Angelorum festo.
	<u>45. Natalitium</u>	<u>Ioach. Henr. Struand</u> de exordio filii Nativ. c. festo Michaelinae
An. 1720	<u>46. Passionale</u>	Phil. 11. 6. 7.
	<u>47. Paschale</u>	Apoc. XX. 6.
	<u>48. Pentecostale</u>	<u>Don. Henr. Koepenii</u> de festo Pentecostalibus.
	<u>49. Michaelis</u>	De festo Michaeli qua originem Saphthiofo,
	<u>50. Natalitium</u>	Luc. Saphthiofo celebrando. <u>Christoph. Martin. Burchardi</u> de miraculose C. conceptione ex Virgine.

50 Programmate

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin

Ko

[Faint, mostly illegible handwritten text on aged paper]

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Rostock

420
PROGRAMMA

QVO
RECTOR

Hodie

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,

JOHANNES JOACHIM

WEIDENERUS,

PHIL. & SS. THEOL. DOCTOR, ac PROF. P. O.,

FACULTATIS SUE DECANUS & AD DIVUM

MARIÆ PASTOR,

PASCHALIUM

SOLEMNIA,

Salutifere

CIVIBUS ACADEMICIS

applicanda,

Piisque motibus & actibus

celebranda,

IN GLORIAM TRIUMPHANTIS

REDEMPTORIS,

& prolixum pietatis emolumentum, meditullicus ac

omnium sollicitè commendat.

ROSTOCHI,

Typis Joh. Wepplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

1719



Ec ditior denique *Commilitones Optimi*,
aut rarioris ac ingeniosi thematis
compos, dum TRIUMPHANTI
MESSIÆ & PASCHALIVM SO-
LEMNIBUS Generosæ Vestræ sunt
vindicanðæ mentes, in conspectum
Vestri prodeo; abundat siquidem
orbis eruditi feracissima compages, & basi solida, super
quam ascendunt exasciatæ contignationes & ornamentis
nitidissimis, ad ambitionem se ostentantibus, seu, ut
planius scribam, & in necessariis & curiosis multis atque
quodammodo extraneis exercentur ingenia ad gloriam
usque, ut demum vigil ea requiri videatur cura, ne cri-
ticipis aliquando & nimis scitis excursionibus, ipsi funda-
mento fidei vis inferatur; Ita quidem, si conspectu aliquali
horum foret habenda ratio, quæ ad *Paschaliu Solemnia*,
& in gloriam *Triumphantis Redemptoris* erudita prodierunt o-
pera, doctiores non fugere arbitror, quod in *Commenta-*
riis & seorsim actum sit, de status intermediæ nullitate, de
vivificatione & descensus ad inferos quæ clauso adhuc se-
pulchro contigit, veritate; De una seu prima Sabbathorum
post Sabbathum, quæ valde mane & in diluculo contem-
derunt Mulieres ad sepulchrum, de irritæ unctionis appa-
ratu ac inanibus earum sollicitudinibus circa devolven-
dum saxum; De Pictorum errore, quo Christum re-
surgentem & custodibus conspectum, fingunt causam ter-
roris & fugæ; De magno terræ motu, cum Angelus Do-
mini descenderet de cælo, & accedens visibili specie re-
volveret lapidem & federet super eum, cuius ad spectum, cum
esset sicut fulgur & vestimentum ejus sicut nix, præ timore
exterriti sunt custodes & facti velut mortui; De tertia & Do-
minica die, quæ resurrexit & vivum se demonstravit Sal-
vator,

171
Joh. Weplingi, SEREN. PRINC. & ACAD. TYPOG.

vator; De apparitione duorum Angelorum, mulieribus adstantium & rem gestam denunciantium, de apparitione duorum Angelorum, in sepulchro sedentium, qui informabant Mariam Magdalenam, postquam sepulchrum jam a Johanne & Petro vacuum repertum, & de apparitione Angeli, mulieribus redeuntibus facta; De apparitione Christi, quæ contigit Mariæ Magdalænæ, & fidem non invenit; de alia, quæ facta est mulieribus, dum in eo essent, ut abirent, & Petro denique, in cujus solatium Angelus jam laboraverat; De tactu & amplexu Christi, Mariæ denegato, propterea, quod nondum ascenderit ad Patrem; De custodibus in civitatem venientibus & sacerdotum Principibus omnia, quæ facta erant, nunciantibus, copiosa autem pecunia ad diffensionem persuasis; De resurgentibus corporibus sanctorum & exeuntibus de monumento post resurrectionem Christi, ac venientibus in sanctam Civitatem atque apparentibus multis; De apparitione Emanuticis discipulis, & vesperi discipulis facta, & de figura dictionis quæ undecim inscribuntur; De conditione corporis Christi glorificati, quæ foribus clausis comparuit, & Ubi Ejusdem definitivo ac omnipræsentiali; De eo, quod ad exemplum Apostolorum, in credentibus inveniatur aliquando deplorandus & capitalis scrupulus ac error; De fractione panis, in qua cognitus Salvator; De Paschali pacis dono & ministerii universalis constitutione; De retentis cicatricibus vulnerum præcipuorum Christi; De Commestione ciborum glorificatis corporibus possibili; De miraculis Apostolorum & quomodo, ipsos Salvatoris actus superarunt; De Thoma suspicace ac convicto, item: de fide sensibus non indigente; De apparitione Christi ad mare Tiberiadis facta, piscium miraculosa captura, Petri succingentis missione in mare, numero captorum piscium præparato & benedicto Christi prandio; De Petro ten-

tato & ad specialiores afflictiones inaugurato, ac Johanne exempto; De apparitione Christi in monte, iterata constitutione ministerii Universalis & promissa invisibili, sed tamen vera humanæ Naturæ præsentia; De promissione Patris & baptismo ignis atqve Spiritus S.; De restitutione Regni Israelis; De testibus Christi in Jerusalem & in omni Judæa & Samaria, atqve ad ultimum terræ &c. Et sic denuo non superesset multum, in quo ad eruditionalia quod spectat, exercerer, Verum O. Mei, ut cœpi monere adhortariqve Vosmet, ne theatralem reductionem novi cujusdam ostenti de generatione, conceptione, partu, educatione, passione ac morte Christi in nobis, & si quæ sparsim alia per fanaticos prodierunt βδελύγματα, admitteretis, e sacro Codice rectius, atqve sanctiora sanioraqve edocti, ita dum in victoriosa Redemptoris & semel facta resurrectione, eadem absurda aut recoqvunt aut noviter parturiunt hi miselli humunciones, ignari, quo Spiritu, aterne an albus sit, ducantur? meum duxi eadem vos commonere fide: Ne vero cum umbris pugnare videar, audiatis quælo ipsa turbatorum verba, causam ergo contradicentium his quidem verbis perorat Christianus Hoburg, in *Postilla Evangeliorum Mystica Part. II. p. 10. n. 4.*
Also O Seele / wirstu deinen auferstandenen Jesum betrachten / nicht als einen / der allein für dich gestorben / und im Tod geblieben hernach / oder verschwunden / sondern als einen / der wahrhaftig an diesen heutigen Tage vor 1600. Jahren ist wieder auferstanden und lebendig gemacht worden / in ein glorios, geistlich / himmlisch / und nicht animalisches / irdisches / natürliches Leben. Diesen deinen auferstandenen Jesum wirstu im Gedächtniß halten / an ihn gläuben / daß Er nicht allein ist auferstanden / weyland für dir / sondern auch / daß Er noch heute wolle auferstehen in dir / auf daß er lebe in dir: Denn darum ist er auferstanden für dich /

dir/ daß er könne und wolle auferstehen in dir/ und leben
in dir. Ach liebe Seele bedencke dis herzlich / wie dein
JESUS nicht allein ist auferstanden für dir / sondern wie
er auch müsse und wolle aufstehen in dir / daß ist mit
seinem Geiste/ Licht / Leben und Krafft/ in der Seelen sich
als ein lebendiger und lebendigmachender JESUS erweisen
O edle Seele/ in welcher JESUS ist also auferstanden ! Sie
lebet nicht/ sondern ihr Christus lebet in ihr; Der ist in
ihr auferstanden/ und über Sünd / Tod / und Teuffel in
ihr Herr worden ! Gib mirs mein JESU wircke es in mir/
mein auferstandener himmlischer König / auf daß wie nach
dem alten Menschen dein Kreuz / Blut und Tod ist kom-
men in mich/ mich zu tödten und zu creutzigen mein sünd-
liches Fleisch : Eben also auch nach dem neuen Menschen
deine heilige Auferstehung/ und folgendes neues Himmel-
Leben komme in mich / lebendig zu machen meinen Geist/
in und mit dir in die Ewigkeit/ Amen/ Hallelujah ! Non
repetam cacoeihis intimiores rupturas, juxta quas blas-
pheme impugnant, quod secunda Deitatis Persona, Ver-
bum substantiale, æternum ac Filius DEi unigenitus
manifestatus sit in carne; Et ringuntur: Dis ist die
allergrössiße Babel/ Verwirrung und Verführung/ daß
wir das irdische Wesen / Fleisch und Leibhaftigkeit Gott
selbst in Christo zueignen wollen. Vid. Das Geheimniß des
Tempels in dem Allerheiligsten Cap. IV. p. 77. Conf. Ma-
raologia fanatica Ministerii Tripolitani p. m. 321. f.; Absur-
de ratiocinantur; Quia Christus de cœlo venit, & quia
sit panis de cœlo veniens atque sit dans carnem suam, etiam
cœlestem carnem ab æterno habuerit eamque de cœlo
adlatam, in Maria non assumpserit; Sintemal der eingebohr-
ne Sohn vom Vater/ in sein Wesen/ Leibhaftigkeit u. Fleisch
je nicht erst in der Zeit könnte geworden seyn / oder geschaf-
fen/ noch auch von irdischen Menschen geleichhaftiget

worden seyn / sondern Christi Fleisch und Blut sey aus
Gott / aus dem Geist und vom Himmel gekommen / und
nicht aus einem Weibes - Fleisch. Vid. *Min. Trip.* p. 351. f.;
ἐξ ἑγῶ ὄν ac horrendissime decidunt, quod divina ista
Humanitas assumpserit die Creaturliche / äufferliche / begreif-
liche / fleischliche Menschheit. Vid. Franckenbergs *Nosce*
Teipsum, Part. III. p. 126. vel das grobe Adamittische Thier-
Fleisch / vid. Böhm. von der Widergebührt *Cap. III.* p. 199.
die blasse / äufferliche / sündliche Gestalt unsers Adamitti-
schen Fleisches. Conf. Colberg in dem *Platonisch-Hermeti-*
schem Christenthum Part. II. Cap. IV. §. IV. p. 288. f. De qua per-
hibent, quod sit ex eadem nobiscum *Massa, lapsui & maledictioni*
obnoxia, debilitatibus, destructioni & morti obnoxia, ut sic Chri-
stus exterior peccata ferre, habere & realiter sentire, ac pecca-
tum fieri potuerit, salute indiguerit, abnegandus sit, nec Deifi-
cationis compos fieri ipse potuerit, antequam cum peccatis cruce
affixus, mortuus & transsubstantialiter purificatus. Conf. Ma-
xime Rev. Dn. D. Senstii *Stockblinder Wegweiser* p. 261. f.;
Sed his næniis detestatis, id modo attendatur, eò ascen-
disse insaniam, ut cum Ministerium Tripolitanum suo
tempore scripserit: Wir hoffen nicht / daß die neuen Pro-
pheten sagen werden / Christus habe einen andern Leib ge-
habt / mit dem Er auferstanden / als der ins Grab gele-
get worden. p. m. 607. Dippelius audaciter nunc garri-
at, Christum suum externum, non quidem igne, qui
magnam exterioram naturam in jubilæo purificare debe-
at anno, eandemqve ad primam suam originem reduce-
re, sed tamen nova resurrectionali virtute esse transmu-
tatum, dum Christus interior & quoad naturam suam di-
vino - humanam, virtutem & officium suum mediatori-
um exseruerit circa Christum exterioram, seu animaleam
suam carnem. Conf. Dn. D. Senstius l. cit. Sic vero deni-
qve delabuntur ad errorem: Christen müssen den Tod und
die

die Auferstehung Christi in ihnen haben/und nicht von aus-
sen ihnen lassen imputiren: Der ist allein ein Christ/ in
dem Christus/ nach dem inwendigen Grund der Seelen
und des in Adam verblichenen Wesens/ ist auferstanden
und lebendig geworden / & ut in compendium omnia col-
ligam, hæc est Fanaticorum præsentium lubrica opinatio:
Quemadmodum Christus interior Christum externum
virtute resurrectionis purificavit ac transmūtavit, ita
desiderant, modo quodam Scripturis incognito & intole-
rabili, ut & internum suum hominem, internum istud
lumen, scintillam ac partem imaginis DEI elevet, resti-
tuat atque resurgere faciat. Multa dum *Cives Optimi*,
fruo fiducia candoris Vestri, hæc recitasse, idem arbi-
trarer, quod refutasse, nisi vobiscum communiri cu-
perer in Articulo omnium maxime solatifluro, cum ergo,
dicente Augustino, *Sanctarum Scripturarum authoritati-
bus colla sint subdenda, ut ad intellectum quisque per fidem ve-
niat*, quare non scriberem: ubi hæc legis Fanaticè? ubi
scriptum est, quod Christus in nobis resurgat; quod
scintilla quædam & pars imaginis divinæ in nobis super-
fit; quod eadem sit elevanda ac vivificanda; quod tales
nos gerere debeamus, ut Christus in nobis resurgere pos-
sit? Platonicis hæc debentur nugis non Scripturis: Refert
se equidem ad Esaiæ verba Paulus, admonens: *Expergi-
sere, qui dormis, & surge ex mortuis, ut illucescat tibi Chris-
tus. Eph. V. 14*, sed quorsum hoc respicit? nonne *ad divi-
tias gratia Christi, qua redundavit in nos in omni sapientia &
intelligentia, Eph. I. 7. f.* horum vero nihil ascendit, aut Chri-
stus in nobis resurgens, ascendere fecit ex fundo, funditus
perditi cordis, sed *Spiritus sapientia ac revelationis duxit
nos in cognitionem Trinunitatis DEI & Christi Redemptoris,*
Eph. I. 17. f. cum & Hujus unice sufficientissimum meritum,
quod programmate superiori vindicayimus, coram DEO
hoc

hoc venerit æstimio, ac si nos singuli indignans Numen
concilialemus, recte asseruit Paulus: *In Christo etiam vos
suscitati estis, aut per quædam medium? per fidem efficacie DEI,
qui suscitavit Christum ex mortuis.* Is enim, ut adjecit, *vos
cum essetis mortui in lapsibus & præputio carnis vestra, una vivifi-
cavit cum ipso; quomodo? non ut Christus denuo resur-
geret in vobis, sed condonans vobis omnes lapsus: propter
quam meritoriam causam? non per novam quandam &
fictitiam resurrectionem Christi in nobis, sed propter hoc,
quia Christus delevit, quod contra vos erat Chirographum do-
gmatibus; quod erat contrarium vobis, & illud sustulit e me-
dio, affigens illud cruci. &c. Col. II. 12. f. Sepulti ergo sumus
cum ipso per baptismum, & Christus non est sepultus in nobis,
ut sicut Christus resuscitatus est ex mortuis per gloriam Patris,
non amplius in nobis resuscitandus, sic etiam nos in novitate
vite ambulemus, Rom. VI. 4. Sint itaque ac maneant de-
testationi omnes istæ Fanaticorum gerræ, nostrum poti-
us est, ut Festus instans in gloriam Triumphantis Re-
demptoris obsequiosissime transigamus & si post publi-
cum cultum, auditasve Præconum nostrorum orthodo-
xas ac pias meditationes, privatim informari voluerimus,
quæ DEI est gratia! Immunes inter nos abs omni suspi-
cione falsitatis ac errorum celebrantur ac adsunt Tracta-
tus, Lutheri, Chemnitii, Gerhardi, Geieri, Mulleri,
Scriveri & quot non aliorum, Hos recognoscite, Hos
imitamini in fide ac vita, & salva tutaque erit ani-
marum vestrarum conditio.*

P. P. ipsa prima Paschatos feria, Die IX. Aprilis,

Anno MDCCXIX.











